ria Anna Comitissa de Kollonraty Conjuges Legitimi, Maritus quidem per se, Illaor vero in assistentia ejusdem Mariti sui uti Uxoris Conjugalis agentes, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis, quibuscuis privilegiis, huic autem Jurisdictioni Rtâ Regiâ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, sese subjiciendo et incorporando, patam libere ac benevole recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia ipsi Palatium suum proprium et hæreditarium noviter extructum, hic Varsaviæ in Suburbio et Platea Mierzbowska vocitata, ex opposito alterius Palatij sui quondam Sanguszkowski nuncupati sitti et jacens, cum omnibus ejusdem Palatij ædificijs structuris Fundinibus Cellarijs Cultinis Stabulis et Mansionibus, ibidem existentibus, cunctisque attinentijs et pertinentijs eo antiquitus, et ac præsens spectantibus, nullis penitus exceptis nec pro se, nec pro Successoribus suis, aut quopiam alio reservatis ac præcustoditis, ita late longe et circumferentialiter, prout hocce Palatium ac fundus in suis metis et Limitibus continetur, ac perse Recognoscentes hucusq tenebatur et possidebatur, tenerij et possideri debebat, cum omnibus censibus proventibus commodis et utilitatibus, jam exnunc et de facto Generosi Eustachio Potocki Pincerna Regni Generali Locumtenenti Exercituum Sacræ Regiæ Majestatis et Reipublicæ, ac Mariæ de Lączkie Conjugibus Legitimis ejusque Successoribus debit ut donavit et plenarie resignavit, prout quidem dant donant et plenarie resignant perpetue et in dotum, puro mero vero et irrevocabilis Donationis titulo, ad tenendum habendum possidendum vendendum dandum donandum alienandum, et in quosvis beneplacitos usus convertendum, Totumque et integrum jus suum hæreditarium, Dominium Possessionem proprietatem et propinquitatem sibi Recognoscentibus ad Prædictum Palatium revertens, in Personas Supramemoratorum Generosorum Eustachij Potocki Pincernæ Regni Generalis

Locumtenentis

Leutnantis Exercituum Sacraregia Majestatis et Reipu:
blica, ac Mariæ de Kzckie Conjugum, transferunt trans:
fundunt et derivant. Intromissionem realem et actua:
lem cum pacifica possessione quovis tempore per Mi:
nisterialem Regni Generalem et duos Nobiles, seu
alio quovis Juridico Modo in eadem Palatium, cun:
ctasq ejus attinentias et pertinentias ac Fundum
Prædictus Generosis Eustachio Potocki Princerna
Regni Generali Leutnanti Exercituum Sacræ Regiæ
Majestatis et Reipublicæ, ac Mariæ de Kzckie
Conjugibus, eorumque Legitimis Successoribus, dan:
dam et acceptandam, iam exnunc libère dant et
defacto admittunt, neque eandem quovis prætextu
Colore et Ingenio, tam per se, quàm per alias quas
vis submissas et subordinatas Personas impedient,
Quinimo eisdem Generosis Eustachio Potocki Prin:
cerna Regni Generali Leutnanti Exercituum Sa:
cræ Regiæ Majestatis ac Reipublicæ et Mariæ de
Kzckie Conjugibus legitimis illorumq Successoribus
Fruitionem et Evictionem generalem ac omnimodam
ab omnibus et singulis quarumvis personarum propri:
quarum et remotarum Impetitionibus Juridicis et
Extrajudicialibus, quomodocunq et quandocunq exoriendis
cavent et promittunt, ac in omnibus Bonis suis Mobi:
libus et Immobilibus, tum Summis pecuniarijs ubi:
vis Locorum existentibus, inscribunt et assecurant, Ij
sub Vadio Quinque Millium Aureorum Hungaricatus in ca:
su Contraventionis et non præstitæ Evictionis irremissibili
ter succumbendo. Pro quo quidem Vadio Citati existentes co:
ram Officio Castrensi seu Judicio Terrestri Varsaviensi
aut Tribunalitio Regni Petricovien suis cum Successoribq
tenebuntur semper, in primo Juris Citationisq Termino tanq
peremptorio, stare, Juri parere, respondere comparendoque

Damus

Damna Terrestria succubita solvere, quibus solutis Ilustrissimus Inscriptionis suae Donatoria in toto satisfacere ac omne Judicatum de Jure non exeundo pati, absq; omni dilatione defensione exceptione prescriptione protestatione Evasione Evocatione Institae et appellatione eorumq; modo quovis seu praetextu quovis prosecutione. Haec sua personali Recognitione ad premissa libere ac benevole accedente. Pro Majori vero firmitate Manibus propriis Jijd Mtis decognoscentes, vese subscripserunt.

Henricus Comes de Brühl
Maria Anna Comitissa de Brühl
née Comitissa de Mallowsky

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoria sic ut praefertur facta et Recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta praesentia suscipi inscribi et ex ijsdem fidelitèr descripto Partis postulanti authentice extradi jussimus. In quorum fidem Actum ut sup.

~~[illegible]~~

Quietant de Summa Quinque Millium Aureorum Hungaricalium Magnifici Bruhlowie Generales Artilleriae Regni Conjuges, Generosos Potockie Pincernas Regni itidem Conjuges.

Augustus Tertius R.

Significamus Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris comparentes personaliter Magnifici Henricus Comes in Ociesczyno et Sierakow Bruhl Generalis Artilleriae Regni, Scepusiensis Lipnicensis, Bolemoriensis Stonensis Piaseczinensis & Capitaneus, Supremus Sacrae Regiae Mattis Minister, et Maria Anna Comitissa de Collowraty Conjuges Legitimi, Maritus quidem perse, Uxor vero in assistentia ejusdem Mariti sui ut Tutoris Conjugalis agentes, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis hinc autem Jurisdictioni Nrae Regiae, quo adinstar ascripta recognoscenda attinet sese subjiciendo et incorporando, palam libere ac benevole recognoverunt, et praesentibus recognoscunt. Quia Ipsi Generosos Eustachium Potocki Pincernam Regni, Generalem Lieutenant

trantem Exercituum Sacræ Regiæ Mattis ac Reipcæ et Mariam de Kąckie Conjuges, eorumq Successores iam exnunc et de facto de Summa Quinque Millium Florenorum Hungaricalium pro pretio Platearum hic Varsaviæ in Suburbio et Platea Nowozborowska vocitata sitt et iacen, per se Recognoscentes Hodierno sub Actu coram Actis præsentibus resignati constituta, ob præstitam sibi Recognoscentibus realem satisfactionem, et in effectu Summa præmissa exsolutionem, quietant emittunt, liberos et absolutos facium, Nihil sibi Juris prætextus et prætensionis ratione Summa præmissa ad eosdem Gnosos Eustachium Potocki Pincerna Regni et Mariam de Kąckie Conjuges ipsorumq Successores reservando et præstodiendo. Hac eorum personali recognitione ac præmissa mediante. Pro Majori vero firmitate Fidem Officii Recognoscentes manibus propriis vese subscripserunt.

— Henricus Comes de Brühl
Maria Anna Comitissa de Brühl
née Comtesse de Kallenbach

Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut præmissum factam et recognitam, Nos firmam ac de Jure Stabilem haberi volentes, eandem ac acta præsentia suscipi inscribi et ex ijsdem fideliter descripti parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Quarta post Festum Annuntiationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima, Die scilicet Quinta Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo. Regni vero Nri Anno XXV.

Ad Relationem ejusdg Illustris Excellis et Rndmi Pro Cancellarij Regni ut sup.

Quietat Gnosus Franciscus Konopka suo et Fratris sui Nomine præsentem Cancellaria de Summa 2000 florenorum Polon.

Augustus Pertius

Significamus &c Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nra Minoris comparens personaliter Gnosus Franciscus Konopka

Konopka, Gnosi olim Joannis Konopka cum Gnosa Barbara Poptawska pro:
creatus Bitus, vito et Gnosi Andrea Konopka, Fratris sui Ratu Minoris
/: procujus ratihabitione pacem cavet :/ nomine „agens„ sanus mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibuscuis pro:
prijs, huic autem Jurisdictioni Nobilegia, quo adinfrascripta recogns:
scenda attinet sese subjiciendo et incorporando, patam libere ac bene:
vole recognouit et presentibus recognoscit. Quia Ipse Suo, et Gnosi
Andrea Konopka Fratris sui germani „nomine„ Vigore Plenipotentiæ ab eodem Sab:
batho post Festa Solennia Sacri Paschatis proximo, Anno presenti Mil:
lesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo, coram Actis Castrensibus
Ravensibus, sibi adinfrascripta recognoscenda data et recognita, Can:
cellaria presentem Metrices Minoris Regni, de Summa Duorum Millium
florenorum Polonicalium, per se Recognoscentem, et Prafatum Generosum Fra:
trem suum, coram ijsdem Actis presentibus Metrices Regni Feria secunda
pridie Festi Sancti Nicolai Episcopi et Confessoris Die vicesimi et Quinta
Mensis Decembris, Anno preterlapso Millesimo Septingentesimo Quin
quagesimo Septimo, pro re et interesse Generosa Helena Konopkowna
Sororis sua germana reposita, et per Gnosum Julianum Turski Subdapife:
rum Petricoviensem Colonellum Exercitus Infanteria Regni et Reipca cora
Actis Castrensibus Opoczneusibus, Feria secunda post Dominica Invoca:
vit Quadragesimalem proxima Anno presenti Millesimo Septingentesi:
mo Quinquagesimo Octavo, Supradicta Generosa Helena Konopkowna
super Bonis suis generaliter omnibus Hereditarijs et Obligatorijs, ac Sum
mis quibuscuis pecuniarijs ubicuis Locorum harentibus, et precipue suis Bonis
Latiszko et Lagiewniki in Palatinatu Siradiensi Dctu Petricoviensi con:
sistens inscripta et locata, per se vero Recognoscentem levata, et prain
serto Generoso Juliano Turski Subdapifero Petricoviensi ad manus
exoluta, Nihil sibi Juris pretextus et pretensionis quo ad premissa
Summa Sibi Recognoscenti et Fratri suo ac suis Successoribus re:
servando et excipiendo, quietat emittit, et Libera cum ejus posteris
facit et pronuntiat. Hac vua personali Recognitione ad premissa
mediante, Alias informa Inscriptionis Quietatoris de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro Majori vero firmitate suo et Fratris
sui Nomine manu propria se subscripsit.

Franciszka Helena Konopkowna

Ibrahjaszczyc Mylnym podług

Plenipotencyi sobie Dnia Dany podpi

sawszy ręką

Actum Varsaviæ Sabbatho ante
Dominicam Misericordiæ proxi-
ma Die scilicet Octava Mensis
Aprilis Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Quinquagesimo
Octavo Regni vero Nostri XXV Anno

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi
Domini Pro Cancellarij Regni ut Lup.

Inscribit Summam ℔ 18000 Florenj Polonj Re-
verendus in Xto Pater Dominus Antonius Ostro-
wski Episcopus Livoniæ et Piltinenj Venera-
bili Capitulo Varsaviensi.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod Coram Actis præsentibus Metrices Re-
gni Cancellariæ Nostræ Minoris Comparens personaliter Re-
verendus in Xto Pater Dominus Antonius Ostrowski Episcopus
Livoniæ et Piltinenj sanus mente et Corpore existens, recede-
do a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibus vis
propriis Huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo adinstar
scripta recognoscenda attinet se se Subjiciendo et incorporando
palam libere ac benevole recognovit, et præsentibus recogno-
scit. Quia Ipse Summam Capitalem Octo decem Millium
Florenj Polonj ut puta novem Millium in Aureis Hungaricis
libus, quemlibet Octodecem Florenis Polonj numerando, et
alios novem Mille in moneta Currenti Polonicali Venera-
bilis Capituli Varsaviensis propriam, de manibus Venerabi-
lis Procuratoris dicti Capituli Generalis tulit, accepit, et re-
aliter abnumeravit, de qua ejusmodi Summa Capitali Octo
decem Millium Florenj Polonj taliter ad manus suas recepta
Supra memoratum Venerabilem Procuratorem Capitularem
totumq; Venerabile Capitulum Varsaviense quietavit, quie-
tatq; actu presenti, ac eandem in Continenti Idem Pobli-
tus Reverendus in Xto Pater Antonius Ostrowski Episcopus
Livoniæ

Livoniæ et Piltinensis in et super Bonis suis generaliter
Omnibus habitis et habendis Signanter tamen in et super Cu-
riola sua et Laterificio dicta Curiole annexo, in fundoy Lanei
Advocatialis Novæ Varsaviæ Jure Amphiteutico possesso por
se extructis et exedificatis suis propriis ex Censu Annuo perpe-
tuo reemptionali, alias na Wyderkauff per sex a quolibet Cen-
to Florenj Polonj annuatim binis temporum rathis, prima vi-
delicet pro Festo Trium Regum 1759. altera vero Sancti Jo-
annis Baptistæ eodem Anno incidenti, et sic deinceps de An-
no in Annum usq ad realem ejusdem Summæ Capitalis depor-
tationem pendendo, inscripsit, Obligavit, et modo de Jure
quam firmissime asseuravit, uti quidem inscribit, obligat et
asseurat; in Casum vero si Recensitus Reverendus in Xto Pa-
ter Episcopus Livoniæ et Piltinensis modernus Recognoscens
seu quivis Ipsius Successore prefatæq Curiola et Laterificij
Possessores dictum Censuum Annuum reemptionalem, in
suis terminis ut supra determinatis non exsolverit, vel non
exsolverint, extunc licitum erit Venerabili Capitulo Var-
saviensi, sive Ejus pro tempore existenti Venerabili Procu-
ratori Generali Capitulari, ad Forum Ubiquinarium seu
quodvis Competens se Recognoscentem vel Possessores dictæ
Curiolæ ratione non solutionis ejusmodi Census citare, et Con-
venire, aut etiam per Officiosam Intromissionem previa Uni-
ca tantum Citatione peremptoria Adminiculo Juris Fideli-
um ad id accedente prænemoratam Curiolam et Laterifi-
cium apprehendere, tenere et possidere, ac exijsdem usum
fructum loco Census percipere, residuum vero Proventus
Annui Recognoscenti seu quibusvis Possessoribus dictæ Cu-
riolæ et Laterificij tradere. Quod si autem Idem Reveren-
dus in Christo Pater Episcopus Livoniæ et Piltinens ~~Episcopus~~
~~pro tempore existens Livoniæ et Piltinensis~~ aut Ipsius Successores Summam
memoratam Octodecem Millium Florenj Polonj deporta-
re et in alia Bona transferre voluerint id non nisi previa

avisatione Duodecem Septimanarum ante deportationem Venerabili Capitulo Varsaviensi aut Ejus Procuratori Jenonali faciendâ, facere debebit, et tenebitur seu debebunt, et tenebuntur, hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Quam pro majori firmitate manu propriâ Subscripsit.

Antonius Sikorski Epps Livonice

Quam ejusmodi Inscriptionem sic ut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volens eandem ad Acta presentia suscipi inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permittimus In quorum fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ post Dominicam Jubilate proximâ Die scilicet Decimâ Nonâ Mensis Aprilis Annô Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô Octavô Regni verò Nostri Anno XXV.

Relationem Illmi Excellmi et Rndm Dñi Procancellarii Regni ut supra

Constituit Specialem Plenipotentem Jnôsus Antonius Sikorski Se Rae Mtis et Sigilli Regni Secretarius

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis presentibus Metricis Regni Cancellaria Nostra Minoris comparens personaliter Generosus Antonius Sikorski Noster et Sigilli Regni Secretarius sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, sese subjiciendo et incorporando palam liberè ac benevole recognovit et præsentibus recognoscit. Quia Ipse Jnôsus Josephum Pczymski Thesaurarium Nurensem in suum verum legitimum, Specialemq; Plenipotentem eligit, constituit, inscribit et solenniter ordinat. Dans et conferens eidem Generoso Plenipotenti suo plenariam facultatem ac omnimodam potestatem

Contract

Contractum Arendatorium nomine sui Recognoscentis occasione
Villæ Rawalowice Dictæ in Palatinatu et Districtu Cracovienſi
ut et jacent^r cum quibuscunq: Personis ineundi, et confitiendi eundem
coram Actis Authenticis Regni roborandi, Summas quasvis
dicto Contractu stipulatas levandi recipiendi, de levatis et rece-
ptis quietandi, Inventarium Bonorum prafatæ Villæ conscriben-
di, ac in Possessionem Arendatoris tradendi. Cæteraq; omnia et
singula Speciales Plenipotentes concernentia in rem et utilitatem
sui Recognoscentis agendi et exequendi. Cavens et promittens
de totum quicquid per memoratum suum Plenipotentem actum
fuerit, se Recognoscentem pro rato ac irrevocabili susceptrum
Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante pro
majori vero firmitate manu propria sese subscripsit.

Antonius Sikorski Sᵉ Rᵉ Mᵗⁱˢ et Sigilli Rˢⁱ
Secretarius

Cujus ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmissum factum et reco-
gnitum Nos firmam ac de Jure validum haberi volen eandem
ad Acta præsentia suscipi inscribi et ex ijdem fideliter de-
scripto Parti Postulanti Authentice extradi permisimus
In quorum Fidem &c: Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertia ipso
Die Festi Sancti Marci Evangelistæ
Die videlicet Vigesima Quinta Men-
sis Aprilis Anno Domini Mille-
simo Septingentesimo Quinqua-
gesimo Octavo Regni vero Nostri
XXV Anno.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi
Dni Cancellarij Regni ut Sup.

Roborant Certum Contractum Magnificus
Franciscus Bielinski Supremus Regni Mareschal-
cus abunæ, et Religiosi Patres Casimirus
Wazgird Provintiæ Lith. Soc. Jesu, Augustinus Ro-
lowski Scholar. Piar. Collegior. Varsaviën-

sium

sium Rectores, Gabriel Petrus bini Nomi-
nis Boudovin Sacerdos Congregationis Mis-
sionis Domus Stæ Crucis Varsaviens Hospitalis
Expositorum Infantium Generalis Provi-
sor, Partibus ab altera.

Augustus Tertius.

Significamus q. Quod Coram Actis præsentibus Metrices
Regni Cancellarie Nostre Minoris Comparentes perso-
naliter Magnificus Franciscus Bielinski Supremus Regni
Mareschalcus ex una et Religiosi ~~nomine~~ Patres Casimi-
rus Wazgird Provinciæ Lithuanæ Soc: Jesu Augustinus Or-
lowski Scholarum Pianum Collegiorum Varsaviens Recto-
res, Gabriel Petrus bini Nominis Boudovin Sacerdos
Congregationis Missionis Domus Sanctæ Crucis Varsavi-
ensis Hospitali Expositorum Infantium Generalis Provi-
sor parte ex altera, sani mentibus et Corporibus existen-
tes, recedendo a Foro Fori, et Jurisdictionibus sui, quibus-
vis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad
infrascripta recognoscenda attinet se se subjiciendo et in-
corporando, palam, libere, ac benevole recognoverunt et qui-
que Illorum sive pro interesse recognovit. Quia Ipsi Contra-
ctum Certum inter se Recognoscentes hic Varsaviæ Die
Vigesima Quarta Mensis Aprilis Anno Currenti initum et con-
clusum Manibus, suorum Recognoscentium subscriptum
et Sigillis Gentilitijs in cera rubra Hispaniæ communitum,
in omnibus quidem punctis, clausulis, Articulis, Con-di-
tionibus, reatibus et Ligamentis in eodem Contractu expri-
mis approbarunt, Confirmarunt et ratificarunt prout
quidem per præsentem suam ad acta hac Comparitio-
nem approbant, Confirmant, et ratificant, Eidemq; Con-
tractui in omnibus et Singulis stare, parere, ac plenarie
satisfacere se se cum Successoribus suis inscribunt, Obli-

gant

gant et asseverant, Hac sua Personali Recognitione ad
praemissa mediante. Pro majori vero firmitate manibus
propriis se se subscripserunt

F. Bielinski S.R.M.

P. Casimirus Wazgird S.J. Praesectus et Rector Coll. Varsav.
P. Augustin Orlowski Scholarum Piarum Coll. Nob. Rector.
Gabriel Petrus Baudouin sacerdos Congregationis et Missionis provisorius
mp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut praemissum factam et Recognitam, Nos eamdem firmam ac de Jure Validam haberi volentes, eamdem ad Acta praesentia suscipi, insuper et exijdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem Actum ut Supra.

Edit Magnificus Franciscus Bielinski Supremus Regni Mareschalcus de Summis Binis, Una nempe Centum Millium Prutheni. ea monetae, altera Quinque Millium Florenj Polonj Religiosis Patribus Casimiro Wazgird Provintiae Lith.ae Soc: Jesu Augustino Orlowski Scholarum Piarum Collegior.m Varsaviensium Rectoribus, Gabrieli Petro binis nominis Baudouin Sacerdoti Congregationis Missionis Domus S.tae Crucis Varsaviens Hospitalis Expositor.m Infantiae Generali Provisori.

Augustus Tertius R.

Significamus I. Quod Coram Actis praesentibus Metricis Regni Cancellaria Nostra Minoris Comparens personaliter Magnificus Franciscus Bielinski Supremus Regni Mareschalcus sanus mente et corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscumque proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostra Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet se se subjiciendo

et

et incorporando palam libere ac benevole recognovit et praesentibus recognoscit. Quia Ipse de Summa bina a Provincia Prussiae sibi Recognoscenti debita, una scilicet Centum Millium Florenorum Prutheniae Monetae, altera Quinque Millium Florenorum Polonis in Comitiis generalibus Terminum Prussiae Praedenti Anno 1730 liquidatis, et per Laudа bina eorundem Comitiorum generalium Mariaburgi 1733. et Praedenti 1734 Anno cum Obligatione promptissima Satisfactionis confirmatis, et assecuratis, cumq. Omnibus earundem Summarum usibus fructibus, et emolumentis, nihil pro Se Recognoscente ad eandem Iuris, tituli, pratensionis, Dominij, aut cujusvis competentiae, Suisq. Successoribus reservando, et excipiendo, verum prout Sibi Recognoscenti ea Omnia Servibant; Jam exnunc, et defacto Religiosis Patribus Casimiro Wazgird Provintiae Lith. Soc: Jesu, Augustino Orlowski Scholar. Piarum Collegiorum Varsaviens. Rectoribus Gabrieli Petro bini nominis Boaudovin Sacerdoti Congregationis Missionis Domus Sanctae Crucis Varsaviens. Hospitalis Expositorum Infantium generali Provisori, intuitu et ad formam Specialis Contractus inter Se Recognoscentem et Suos Cessionarios initi Conclusi ac roborati, cedit, et condescendit, Omneq. et integrum Jus suum ad eandem Summas habitum in Praefatos Cessionarios transfert, transfundit transmittit, perpetuo et irrevocum, in forma Inscriptionis Cessionaria de Jure plenissima et perfectissima. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria se se subscripsit. F. Bielinski Rec.

Quam ejusmodi Cessionem sic ut praemissum fuitam et recognitam

recognitam Nos firmam ac de Jure Validam haberi volens eandem ad Acta praesentia suscipi inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c actum ut sup.

Ordinat Speciales & Plenipotentes Magnifícus Franciscus Bielinski Supremus Regni Marschalcus.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparens personaliter Magnificus Franciscus Bielinski Supremus Regni Marschalcus sanae mentis et Corpore existens recedendo a Foro Terrae et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet se se Subjiciendo et incorporando palam, libere, ac benevole recognovit et praesentibus recognoscit. Quique Ipse Generosos Gabrielem Lesicewski Judicem Terrestrem Ravensis et Marschalcatus Regni Josephum Komierowski Regentem Actorum Marschalcatus Regni, Raphaelem Kozietulski, et Thomam Sudrawski Bonorum sui Recognoscentis Commissarios in suos veros legitimos Speciales & Plenipotentes ad Triennium integrum elegit, constituit, inscripsit, et solemniter Ordinavit, prout praesentibus elegit, Constituit, inscribit, et solemniter Ordinat; Dans et Concedens Ijsdem Plenipotentibus suis plenariam facultatem ac omnimodam potestatem ratione Bonorum sui Recognoscentis in diversis Palatinatibus existentium Venditionis, Resignationis, sive Obligationis, aut Commutationis, nec non alienorum pro re et Persona Sui Recognoscentis quaesitionis et Emptionis, cum quibus & Personae Nomine Sui Recognoscentis Contractus inundi et Conscribendi, Bona vendendi, resignandi, commutandi, obligandi

gandi, arendatorios Contractus ratione quorumvis Bonorum Sui Recognoscentis iniundi, et conscribendi, eosdemq; roborandi, jam vero Bona aliena a quopiam pro Persona Sui Recognoscentis quovis Jure sive hereditario sive Obligatorio, sive etiam arendatorio mediantibus, itidem Contractibus et eorum Roboratoribus Officiose conquirendi, inventaria Conscribendi, Intromissiones in Bona sive aliena sive obligata, aut arendatorie dimissa diundi, et admittendi, in Bona quoq; quovis Jure acquisita Intromissione affectandi, Transactiones pro opportunitate Bonorum ac quorumvis Negotiorum iniundi, Summas pro interesse Recognoscentis a quopiam Contrahendi, et super Bonis Sui Recognoscentis locandi et inscribendi, Provisiones ab eis Constituendi, Summas vero alias Decretis cujusvis Subsellij evictas sive eximendas levandi de Levatis quietandi, Compromissa et Complanationes iniundi, alteratus ad quodvis Subsellium instituendi, Manifestationes ac Protestationes faciendi, Condescensiones quasvis tum et Interritiales, Terminos inter Bona quaevis, tum et Commissiones cum quibuscunq; Personis agitandas attentandi, Causas suas Individuas generaliter omnes tum et alteratu quam et reatu cum quibuscunq; Personis ratione quorumvis Negotiorum; in omni Judicio et Foro Regni Majoris Minorisve Subsellij, Cujuscunq; Terra et Districtus etiam Judicij Tribunalitij Regni Poloniae Cracoviensis Lublinensis et Radomiensis ac quovis Foro habitas et habendas, institutas et instituendas promovendi agendi et defendendi, exceptiones quasvis Juridicas inferendi, Juramenta deferendi, et auscultandi, Decreta quasvis pro Parte Sui Recognoscentis in minori Subsellio Lata acceptandi, a gravaminosis ad majus Subsellium appellandi, ap-

pellationes

pellationes et motiones prosequendi, panas Judiciarias levandi, de levatis quietandi, alios Plenipotentes in Locum Sui cum simili vel limitata facultate Substituendi; Cetera q Omnia et Singula pro Causarum, Terminorum, et Negotiorum exigentia Speciales et Generales Plenipotentes Concernentia in rem et utilitatem Sui Recognoscentis agendi et exequendi, ~~Judicandi Terminosque Juramenta delata praestandi~~ Cavens et promittens id totum quid quid per memoratos Generosos Speciales Plenipotentes Suos rite et legitime actum, gestum, Constitutumq fuerit, se Recognoscentem et Successores Suos Sanguinis pro rato firmo ac irrevocabili Suscepturos. Hac Sua Personali Recognitione ad premissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit. F Bielenski / R M ~~Regni~~

Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut premissum fuit et recognitt, Nos firmam ac de Jure Validam habere volentes eand ad acta presentia suscipi, inscribi, et exijd fideliter descripto Parti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem &. Actum ut sup

Inscribit Plenipotentes Magnificus Franciscus Bielinski Supremus Regni Marschalcus.

Augustus Tertius &

Significamus &. Quod Coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparens personaliter Magnificus Franciscus Bielinski Supremus Regni Marschalcus Sanus mente et Corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostro Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet se se Subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole recognovit, et praesentibus re-

cognovit

cognoscit. Quia Ipse Generosus Fabrielem Lesiewski Judicem Terrestrem Ravens et Marschalcutus Regni, Laurentium Zielinski Venatorem Sochaczovien et Marschalcatus Regni Notarium, Josephum Mrokowski Vice Capitaneum et Judicem Castren Cernen, Josephum Capitaneum Brodnicen Parentem, Joannem, Ignatium, et Felicem Filios Plgrkowskii, Adamum Kempski sui Recognoscen Secretarium, Antonium Brzozowski Decretorum Regni Notarium, Ignatium Ludovicum Nowicki Metrices Regni Prefectum, Josephum Assessorem Terrestrem Dersławien, Joannem et Antonium Fratres inter se germanos Gorskie, Michaelem Mrozowski Judiciorum Referendarium alium Notarium, Raphaelem Skarbek Kozietulski, Thomam Szudrowski, Joannem Reyman Bonor sui Recognoscentis Commissarios, Laurentium Czarnecki Lanicien, Andream Postomski Vchoven, Joannem Zymowski Vielunen Castren Regentes, Thomam Ensiferum Lostinen et Constantinum Burgrabium Castren Cernen Fratres Faborowskie Albertum Szamocki Varsavien, Joannem Sokolnicki Ruven Thesaurarios, Leopoldum Bogustawski Posnanien, Cajetanum Hryniewiecki Camenecen, Martinum Lopuski Drohicien Regentes, Casimirum Hoch Helmen, Josephum Lityński Belzen, Adamum Horzowski Leopolien, Wierzchowski Ovrucen Thesaurarios, Stanislaum Baczynski Tribunum Ovrucen Leonem Porembski Cracovien, Albertum Pininski Novogrodec Regentes, Bonaventuram Przyłuski Horodlien, Jacobum Wierzbicki Plocen Pincernas, Bartholomeum Brodowski, Stanislaum Wisniowski, Stanislaum Komierowski, Josephum Polcski, Josephum Koschtka, Jacobum Dobrogoyski Ludovicum Chmielewski, Stanislaum et Albertum Sadowskie, Antonium Kiedrowski, Antonium Czyżewski, Luam Kozlowski, Antonium et Stanislaum Wieckowskie, Josephum Morski, Stanislaum Niklaszewski

Vice

Vices Regentem Cauty Nowocreiery, Carolum Orlowski Af-
sessorem Terrestrem Michalowiery, Paulum, Josephum, et An-
dream Fratres Borkowskich, Antonium Zdrojewski, Augu
stinum Niemiera, Valentinum Puchala, Valentinum Dzrzą-
zdzewski, Christophorum Nowczynski Burgrabium Sochac-
zowiery, Josephum Sulinski, Michaelem Wegrzecki, Igna-
tium Karniewski in Suos veros Legitimos ac indubitatos Ple-
nipotentes eligit, Constituit, inscribit ac solenniter Ordinat,
Dans et Concedens Ipsis tam divisim quam Conjunctim
plenariam facultatem, omnimodam absolutamq; potesta-
tem, Causas suas Judiciarias generaliter omnes et Singu-
las cum quibusvis Personis Occasione Cujusvis Negotij
in Omni Judicio et Officio Regni majoris Minorisve Subsellij
Cujuscunq Terre et Districtu etiam Judicijs Tribunalitijs Re-
gni Petricovien Lublinen et Radomien, nec non aspesoni-
libus Nostris, ac quovis Foro tam ex Autoratu quam et reatu
habitas et habendas, institutas et instituendas promovendi,
defendendi, Jure tuendi, Comparitiones inscribendi, Decre-
ta suscipiendi, a contrarijs appellandi, seu movendi, appella-
tiones et motiones prosequendi, Juramenta auscultandi, pœnas
Judiciarias levandi, de levatis quietandi, Intromissiones in Bo-
na offerendi, et apprehendendi, Executiones urgendi et attentan-
di, arresta imponendi, Cæteraq; pro Causar et Terminor exigen-
tia peragendi et exequendi, Ita ad Triennium integrum ab actu
presenti Computando. Cavens id totum quid quid per memora-
tos Genero Plenipotentes Suos actum, gestum, Constitumq;
fuerit, pro rato, firmo, ac irrevocabili Recognoscentem, et hæ-
redes suos Sanguinis Successores. Hac sua personali Recogni-
tione ad premissa mediante. Pro majori vero firmitate manu pro-
pria se subscripsit. F. Bielinski S.R.M.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factum et
Recognitum, Nos firmam ac de Jure validam haberi volen-
tes

eamq ad acta presentia suscipi inscribi, et ex ijsdem fideliter
descripto Parti postulanti authentice extradi permiserunt In
quorum fidem &c actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Sexta in Cra-
stino Festi Sacratissimi Corporis Chri-
sti Die scilicet Vigesima Sexta Men-
sis Maii Anno Domini Millesimo Se-
ptingentesimo Quinquagesimo Octavo
Regni verò Nostri XXV. Anno.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi Dni
Prosancellarii Regni ut supra.

Approbat Gnosa Theophila de Nieborskie Szymanowska
Gnosi Melchioris Szymanowski Venatoris Terræ Varsavi-
ens Capitanei Klonoviensis Consors legitima Transactio-
nes certas per eundem Gnosum Maritum suum factas.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Re-
gni Cancellaria Nra Minoris comparens personaliter Gnosa Theo-
phila de Nieborskie, Gnosi Melchioris Szymanowski Venatoris
Terræ Varsaviensis Capitanei Klonoviensis Consors legitima, in
assistentia ejusdem Mariti sui uti Tutoris Conjugalis, sana mente
et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis
quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad infra-
scripta recognoscenda attinet, se se subjiciendo et incorporando, palam,
liberè ac benevolè recognovit, et præsentibus recognoscit. Quia Ipsa Dona-
tionem per Suprascriptum Gnosum Melchiorem Szymanowski Vena-
torem Terræ Varsaviens Maritum suum super Fundum certum Var-
savia extra Civitatem Novam situm, inter Fundos Advocatialem
vulgo Woytowska Wioka dictum à parte Civitatis, et inter Stativa
Militaria Excubiarum Reipublicæ ex altera parte versus Bielany
jacens, sui utrorumq; Conjugum hæreditarium, in rem Collegii Nobi-
lium Varsaviensis Scholarum Piarum coram Actis præsentibus Me-
trices Regni Cancellaria Minoris Sabbatho post Festum Assum-
ptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ proximo Die scilicet Vigesi-
ma Mensis Augusti Anno immediate præterito Millesimo Septin-
gentesimo Quinquagesimo Septimo factam et recognitam, tum Con-

tractum

tractum Resignationis respectu ejusdem Fundi subjectum Actis itidem praesentibus eodem sub Actu roboratum, in omnibus tam ejusdem Donationis quam Roborationis Contractus punctis, clausulis, articulis, nexibus et ligamentis approbat, roborat et ratificat, perpetuumq robur et valorem suprascriptas Transactiones habere vult, et praesentibus declarat; Nihil sibi suisq Successoribus quidquam Juris aut cujusvis pratextus ad idem Collegium Nobilium Varsaviens Scholarum Piarum sive memoratum Fundum reservando, seu modo quovis exigiendo. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante, alias in forma Inscriptionis Approbatoriae de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se se subscripsit. Boguwila Szymanowska,

Melchior Szymanowski ... qua assistens.

Quam ejusmodi Inscriptionem Approbatoriam sic ut premissum factum et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes. eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descripti parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Tertia intra Octavas Sacratissimi Corporis Christi ~~proxime~~ Domini, Die scilicet Trigesima Mensis Maij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo Stilo Novo Ao LXXV.

Ad Relationem ejusq ut sup:

Roborant certum Scriptum Gnosi Zawiszowie in rem Gnosi Dzierzbicki Cam

Augustus Tertius

Significamus Quod coram Actis praesentibus Metrices Rnī Cancellariae Rgī Minoris comparentes personaliter Generosi Vincentius Czarny Zawisza Judicioru Nostrorum Posteriatium Assessor, et Josephus Czarny Zawisza Venator, Inowlodensis sani mentibus et corporibus existentes recedendo a Toro Terris et Jurisdictionibus suis quibuscuis propriis huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se se subjiciendo et incorporando patam libere ac benevole recognoverunt, et praesentibus recognoscunt. Quia ipsi Scriptum certum manuale in rem et Personam Gnosi Simonis Dzierzbicki Succamera

rij

Nri Datus, Die Lodierna in Acta contenta conscripta Manibus pro
prijs subscripta, et Sigillo unius eor communitu, in omnibus Suis
Actis dandis articulis Conditionibus et Pactamentis approba:
runt confirmarunt roborarunt et ratificarunt, prout quilibet per
presentem ad Acta hac comparitione approbant confirmant, roborant,
et ratificant, Pidemq; Dicto Scripto Stare parere, ac in omnibus
et singulis satisfacere sese inscribunt obligant et asecurant,
Pdq; sub Vadio Acto Millium florenor Polonj per Partem Partj Scripta Contra
Parem tenenti in Casu Contraventionis vir emisibiliter succumbendo
Pro quo quidq; Vadio Citati existentes coram Officio Castrens Lan:
ciciensi peremptorie respondebunt. Hac eor personali Re:
cognitione ad premissa mediante Alias in forma Inscriptis
nis Roboratorie de Jure plenissima et effectissima. Pro Majori
vero firmitate manibq propriis sese subscripserunt.

Wincenty Czarny Zawisza. mppria

Jozeff Czarny Zawisza Zaucz Inwrotodzki

Quam ejusmodi Inscriptione Roboratoria sic ut pr[illegible]
factam et recognitam Nos firma ac de Jure Ratitudam habori
volentes eandem ad acta presentia Nostra inscribi et ex
ijdq fideliter descripti parti postulanti authentice extradi
fieri. Jmquor fidq Actum ut supra.

Inscribunt sibi Donationem Reciprocam Nobiles Anto:
nius Berian et Maria Elisabetha Fleyscherin ab invi:
cem Conjuges.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni
Cancellaria Nostra Minoris Comparentes personaliter Nobilis
Antonius Berian et Maria Elisabetha Fleyschhauerin Conjuges
Legitimi, Sani mentibus et corporibus existentes, non compulsi,
non coacti, sed matura deliberatione animi intra se prehabita,
à Foro et Jurisdictione sua quavis propria et competenti re:
cedendo, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quoad infra scripta re:
cognoscenda attinet se se cum Bonis suis benevole incorporando et sub:
iiciendo, Maritus quidem per se, Consors vero in personali assistentia
Nobilis Andreae Orlowski ad hunc actum de Consensu Maritii sui as:
sumpti Curatoris assistentia, patam, libere et per expressum recogno:
verunt, praesentibusq; quilibet illorum prosuo interesse recognoscit.

Quia

Quia illi amorem mutuum et benevolentiam sibi ab invicem contestari volentes, in casum alicujus periculi, et insperatæ unius ex Recognoscentibus sine desiderata prole mortis, omnium bonorum suorum mobilium et immobilium tam hic in Regno Poloniæ quàm ubiq existentium hereditariorum, Summarumq pecuniariar ad se Recognoscentes quovumq jure spectantium et pertinentium, nullis penitus exceptis mutuo sibi et ab invicem /: amovendo et excludendo quosvis suos consanguineos proximiores et collaterales :/ dominium et hereditatem dederunt, donaverunt, inscripserunt et resignarunt, prout præsentibus dant, donant, inscribunt et resignant tali videlicet modo: Ut si prætatum Nobilem Antonium Berion Maritum prius mori quàm Consortem contingat, extunc eadem Consors relicta Nobilis Maria Elisabetha Fleüschhauerin bona omnia mobilia et immobilia ad Maritum suum spectantia et pertinentia pleno jure obtinere et possidere, iisq utifrui cum omni jure, dominio, proprietate, propinquitate titulo hereditario, parata possessione cum plenaria potestate donandi, vendendi, commutandi, alienandi, et in quosvis usus suos, suorumq Successorum beneplacitos convertendi possit ac debet, sine quovis Supradicti Mariti sui Successorum impedimento, quibus nullam rationem omnium et singulorum bonorum Maritalium reddere, nullumq Inventarium conficere tenebitur, verum ne se prætermissi videantur, ipsis solum in vim legitimæ Centum Florenos Polonicales reddere et persolvere, sibi verò Recognoscenti decentem Sepulturam et suffragia pro anima facere et præstare, debitaq Sua in totum exsolvere debebit, et erit adstricta. Quodsi verò vicissim Consortem Mariam Elisabetham Fleüschhauerin prius quam prætatum Maritum ejus Antonium Berion absque prole legitima vitâ fungi contigerit, extunc idem Maritus ejus Superstes relictus omnia bona mobilia et immobilia Consortis sua pleno jure obtinebit et possidebit, iisque utifruetur cum omni proprietate dominio, parata possessione, cum plena facultate et potestate dandi, donandi, vendendi, commutandi, alienandi,

nandi, & in suor, Successorumque suorum quosvis bene=
placitos usus convertendi tempora in perpetua, contra=
dictione similiter seu quovis impedimento quorumcunq;
prædicta Uxoris sua Successorum minimè obstante qui=
bus pari modo nullam rationem eorundem Consortis
sui bonorum omnium & singulorum reddere, nullumq;
Inventarium conficere tenebitur, sed proximioribus
tantum gradu Centum Florenos Polonicales exsolvere,
illique Sepulturam decentem & suffragia pro anima
facere, debitaque ipsius exsolvere obligabitur et erit adstri=
ctus. Hoc solum præcustodito, quod vitâ utriusque durante
prafati Conjuges omni amore, benevolentia, honore, atq; debi=
ta observantia mutuo se prosequi debebunt, idq; ipsum sibi
spondent. Sin autem prole desiderata illos Deus Omnipotens
in futurum beare velit, atq; proles se Recognoscentes seu alter=
utrum Supervixerit, præsens Reciproca Donatio Superveniente
prole ipso facto absque alia Cassatione nulla erit, sed juxta
præscriptum Legis utriq; Conjunx Superstes segerere debebit.
Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante.
Alias in forma Donationis Reciproca de jure plenissima
& perfectissima. Pro majori vero firmitate manibus
propriis sese subscripserunt.

antienne Version

Maria Elisabeth

Francis Laurent

Andreas Orlowski procul dubio ad hunc
Actum specialiter rogatus et
assumptus. ab Uxore mea

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sic ut præmittitur
recognitã Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta Præsentia suscipi, inseriri, & ex iisdem fideliter descripti parti postulanti au=
thentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.
&c

Inscribit Specialem Plenipotentem Gene-
rosus Josephus Cajetanus a Skrzynno Dunin
Karwicki Regens Cancellarie Majoris Regni
Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod Coram Actis presentibus Metrices Regni
Cancellarie Nostre Minoris Comparens personaliter Generosus Josephus
Cajetanus a Skrzynno Dunin Karwicki Regens Cancellarie Majoris
Regni sui, et Generose Helene de Szembeki Consortis sue agens Nomine
Sanus Mente et Corpore existens recedendo a Foro Terris et Juris di-
ctionibus suis quibuscuis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostre Re-
gie quo ad infrascripta recognoscenda attinet se se subjiciendo et in-
corporando palam libere ac benevole recognovit et presentibus rec-
gnoscit. Quia Ipse Generosum Sigismundum Turno Dapiferum
Pernaniensem in Causa et Occasione vindicande Successionis post Fata
olim Venerabilis Josephi Iwanicki Archidiaconi Premeriensis Canonici Je-
niviludiensis Personam sui Recognoscentis, et Generose Consortis sue
respicientis, in suum verum, legitimum, specialem & Plenipotentem
elegit, inscripsit et solemniter ordinavit, prout quidem presentibus eli-
git, inscribit, et solemniter ordinat. Jdq; ad Triennium integrum ab acta
presenti Computando. Dando et Concedendo Eidem Generoso specialiter in-
scripto Plenipotenti suo plenariam facultatem, Causam ratione ejusq; Suc-
cessionis promovendi, Juramenta attendandi, Decreta obtinendi, Compla-
nationes nomine sui Recognoscentis et Generose Consortis inscindi, Summas le-
vandi, de levatis quietandi, alios Plenipotentes in Locum sui substituen-
di, aliaq; Omnia que ratione predicte Successionis agenda videbun-
tur agendi et exequendi. Promittens ac sese Obligans omne id quid
quid per superius dictum Generosum Plenipotentem suum actum fecerit
se Recognoscentem tum Generosam Consortem ac Successores suos ratifi-
cos pro rato firmo, ac irrevocabili suscepturos. Hac sua Personali Recogni-
tione ad finem premissa mediante. Pro Majori vero firmitate manu propria se se subscripsit.

Joseph Dunin Karwicki

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eamq; ad Actu presentium inscri-
pi inscribi, et exinde fideliter descripto Petenti postulanti authentice extrahi
di permisimus. In quorum fidem &. Actum ut sup.

&.

Actum Varsaviæ Feria Quinta ipso Festo SS. Viti et Modesti Martyrum Die videlicet Decima Quinta Mensis Junij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo Regni verò Nostri Anno XXV.

Ad Relationem ejusdem Illrmi et Revmi ut Sup.

Oblata Privilegii Confirmationis Jurium et Privilegiorum Oppidi Piasecznæ in Terra Varsaviensi sitt. Servieng.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metricæ Regni Cancellaria Nostræ Minoris Literas Originales in Pargameno scriptas Manu Nra Regia subscriptas e Sigillo pensili Majoris Cancellariæ Regni Communitas, sanas, salvas, illæsas, omnig Suspicionis notâ Carentes Tenoris sequentis= Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq; Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest universis et singulis: Quod cum Famatt Pro Consul, Consules, totaq Communitas Oppidi Nri Piasecznæ, in Terra Varsaviensi sitt, in Supplici suo Libello porrecto Nobis exposuissent; Quomodo Jura et Privilegia originalia, ipsis Servientia, ab Illustrmis olim Ducibus Masoviæ, et Srmis Regibus Prædecessoribus Nris gratiosè concessa tempore Conflagrationis ejusdem Oppidi, ante aliquot annos exorta, igne fuerint absumpta, de cujus Oppidi Conflagratione, Privilegiorumq ac Jurium Suorum originalium protunc igne, reali absumptione, Juramentum Corporale coram Officio Castrens Capitaneali Varsaviens per Suos Deputatos, Famatt Casimirum Siewka Prosensulem, Georgium Reynatowicz Vice Advocatum, Albertum Guzowski, Martinum Pernalewicz Consules Piasecznens præstiterunt, a hocce Juramentum præstitum per Extractum ex iisdem Actis Castrens Varsaviens De Actu Varsaviæ Feria Secundâ in Crastino Festi Sanctæ Annæ Matris Gloriosissimæ Virginis Mariæ Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Tertio, authentice depromptum, eorum

Nobis

Nobis produxerunt; Quorum Jurium et Privilegiorum suorum praecipuè ultimarij Privilegii Confirmatorii a Sr̃mo Divae Memoriae Augusto Secundo Rege Parente Nr̃o desideratissimo concessi, oblatam ex Actis Metricis Regni Cancellariae Minoris depromptam, authenticam coram Nobis exhibuerunt, cujus quidem Privilegii Confirmationis Tenor est ejusmodi. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Mazovia, Samogitiae, Kiiovia, Volhynia, Podolia, Podlachia, Livoniae, Smolenscia, Severiae, Czerniechoviaq Necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nr̃is quorum interest universis et singulis. Productae esse coram Nobis Litteras Privilegia Oppido Piasecznoservientia, tam ab Illr̃ibus Ducibus Masoviae, quàm à Serr̃mis Regibus Praedecessoribus Nr̃is concessa, nominatim verò Privilegium Illr̃is olim Joannis Senioris Ducis Masoviae de Data Varsaviae Sabbatho, post Festum Sanctorum Omnium proximõ, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Nono, postmodum per olim Illr̃es Casimirum, Conradum, Boleslaum et Joannem itidem Masoviae Duces, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Primo, Feria Quinta ante Festum Sancti Martini Episcopi et Confessoris, ob destructionem et corruptionem Sigilli praefato Privilegio appensi, transcriptum, approbatum et innovatum, quibus quidem Privilegiis Joannis Ducis Senioris Villa Piasecznoprotunc dicta, in Civitatem transmutata, et conversa est, Juris Theutonico Culmensi juxta omnes ipsius Articulos, puncta et clausulas adscripta tum Concessa eidem Civitati à praefato Principe ea omnia, quaecunq; aliis Civitatibus Juris Theutonici serviunt, Privilegio eodem praemissa latius in se complectente. Tum quoq; Privilegium Illr̃is olim Annae Ducissae et Tutricis Masoviae de Data in Piasecznoferia Quartâ Die Sancti Clementis Anno Millesimo Quingentesimo Decimo Tertio, super Forum Annuale et Nundinas, ac Forum Septimanale in eadem Civitate Piasecznotemporibus perpetuis Concessum; Deinde Privilegium ejusdem Illr̃is Annae Ducissae de Data Varsaviae Sabbatho ipso Die Festi Sancti Floriani Martyris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Octavo; In quo eadem olim Anna Ducissa Satisfaciendo Voluntati olim Illr̃is Joannis Ducis Fratris sui, iisdem Civibus compatiendo miseriae et defectibus eorum, certam partem Rubetorum pro extirpandis agris Novalibus, ibidem super Hereditate Piasecznoquam

